



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resvrrrectionem D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

Meditatio 59. Quomodo Dominus apparuerit Discipulis dem piscarentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59870)



MEDITATIO

QUINQVAGESIMANONA.

QUOMODO DOMINVS
*apparuerit discipulis dum
piscarentur*

EVANGELIUM.

Mat. 21.



OSTEA manifesta-
uit se iterum Iesus ad
mare Tiberiadis. Ma-
nifestauit autem sic.
Erant simul Simon
Petrus, & Thomas, & Nathanael, &
filij Zebedæi, & alij ex discipulis e-
ius duo. Dicit eis Simon Petrus: Va-
do piscari. Dicunt ei: Venimus &
nos tecum. Et exierunt & ascende-
runt in nauim, & illa nocte nihil
prehenderunt. Mane autem iam fa-
cto, stetit Iesus in littore, nō tamen
cognouerunt discipuli quia Iesus
est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nun-
quid

quid pulmentariū habetis? Responderunt ei: non. Dicit eis: mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus: afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenū magnis piscibus, centū quinquaginta tribus: & cum tanti essent, nō est scissum rete. Dicit illis Iesus: Venite, prandere. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et accepit Iesus panem, & dabat eis, & piscem similiter.

Y

PRO-

PROPHEZIA.

Exech. 47. **A**QUÆ autem descendebant in latus
 templi dextrum ad meridiem altaris,
 (de quibus aquis paulò inferius subiun-
 git,) & erunt pisces multi satis, postquã
 venerint illuc aqua ista, & sanabuntur:
 & viuent omnia, ad qua venerit torrens.
 Et stabunt super illa piscatores; ab En-
 gaddi usq; ad Engallim siccatio sagena-
 rum erit: plurima species erunt piscium
 eius sicut pisces maris magni, multitudi-
 nis nimia.

CONSIDERATIONES.

a. Punctũ. **D**ISCIPVLI ^otota nocte piscantes
 nihil ceperant, sed non est mirum,
 cum illi qui laborant sine Christo (qui
 est vera lux nostra) laborent in tenebris
 & in nocte, vnde etiam laborant absque
 fructu, cum ipse dixerit: *sine me nihil po-
 testis facere.* Hoc modo populus He-
 braeus antequam nasceretur mundo sol
 iustitiæ, laborabat noctu, sub vmbra le-
 gis, & ideo nihil cepit, cum non potue-
 rit vnquam conuertere vllam aliam na-
 tionem ad cultum veri Dei. Mundus
 verò iste, ante aduentum Saluatoris erat
 velut mare Sodomũ mortuum, ama-
 rissimum, & omnino sterile absque pis-
 cibus;

eibus; sed postquam salutaris ille torrens
 descriptus à Propheta Ezechiele, fons il- *Ezech. 40.*
 le vitæ, Christus Iesus, descendens ex
 dextra Patris, exijt ex templo cælestis
 Hierusalem, & intrauit hoc mare, subitò
 aquæ illius sunt sanatæ, & redditæ dul-
 ces & fœcundæ ita, vt missis postea pis-
 catoribus suis (qui fuerunt sancti Apo-
 stoli) piscarentur hinc inde in isto mari,
 & mittentes retia prædicationis Euan-
 gelicæ, nō amplius in sinistram, sub au-
 thoritate legis, sed ad texteram in verbo
 Christi ceperint piscium multitudinem
 copiosam, & mundum ipsum sancta fi-
 derepleuerint.

Considera quo modo discipuli, post
 multam defatigationem recordantes
 sui Magistri, qui illis solebat cōsulere, &
 adiuuare in laboribus, & videntes se
 iam illius præsentia priuatos, dolentes
 dixerint intra se: Vbi nunc est Magister
 noster? sed benignus Iesus, de quo scri- *Psal. 9.*
 ptum est, quod exaudiat desiderium
 pauperum, & quod sit proximus illis,
 qui illum inuocant in veritate, subitò se
 illis ostendit, stans in littore. Sed quare,
 ô dulcis Domine, rogas ex illis pauperi-
 bus & afflictis discipulis, an habeant
 aliquid ad comedendum? tu qui non
 indiges nostris bonis, sed es panis ille
 Y 2 super-

*Psal. 135.**Ioan. 4.*

super substantialis, qui in celo pascis Angelos, & das escam omni creaturæ? famemes tua verè non requirebat istum cibum, sed animas & corda tuorum discipulorum, sicut olim quando postulasti ad bibendum à Samaritana, nō tam fecisti ob sitim illius aquæ, quā sitim salutis ipsius, & quia volebas illi dare aliam aquam viuam, salientem in vitam æternam.

O quoties solet contingere, vt nos instar istorum discipulorū stantes in mari huius mundi, & mittentes rete in sinistram ad res temporales, piscando honores, diuitias, & alia bona huius mundi, nihil omnino capimus, cum res terrenæ nihil sint cōparatione cælestium; nihil etiam sunt, quia nō satiant cor nostrum, & sitim desiderij nostri. Tandem nihil sunt, quia nullam istarum rerum possumus nobiscum auferre, quando hinc abimus: Quod si ex altera parte accidat, vt auscultemus internis inspirationibus Domini, & cognoscamus vanum nostrum errorem, inuocemus diuinum auxilium, & dicamus cū S. Paulo: *Domine quid me vis facere?* tunc subito Dominus se nobis ostendit noua consolatione cordis, & consulit nobis, vt fecit discipulis, vt non amplius iaciamus

Actor. 9.

mus rete in sinistram huius mundi, sed ad dextram æternorum bonorum; Si tunc obediamus cū Apostolis, ô quantum fructum reportabimus! & quomodo implebuntur retia cordis nostri pace, consolatione, & omnibus bonis! cum certa fiducia & spe perueniendi tandem ad æternam illam vitam, vbi Dominus, vt promisit, nobis dabit & regnum, & seipsum.

Considera discrimen inter hanc piscationem & illam, quam fecit idem Petrus ante passionem Domini. Nam in illa non dicitur qua parte piscaretur, an in dextra, an verò in sinistra, sed tantum quod in Christi verbo mittens rete in *LUC. 5.* mare, conluserit tantā multitudinem piscium, vt rete pene rumperetur, & implerentur duæ nauiculæ: sed in hac piscatione, Petrus (vt Dominus mandauerat) misit rete solum ad dextram, & cepit certum & definitum numerum piscium: eosque omnes magnos, neque rete fuit ruptum. Per primam piscationem significabatur fructus verborum Christi, quæ ab Apostolis per totum mundum prædicata, hoc ipso reti, & vnica captura implerent duas nauiculas, eò scilicet, quod duos populos Hebræum & gentilem in vna veritate, &

sub vna auctoritate Petri aggregarent; In hac eadem erant pisces omnis generis, & rumpebatur rete: nam in Ecclesia militante sunt boni cum malis permisti, perfecti cū imperfectis; ac mali quidem facientes scissuras in Ecclesia, aut scindentes vinculum Caritatis, rumpunt rete, & exeunt foras. Secunda piscatio presens significat vltimam collectionem, quæ fiet post vniuersalem resurrectionem, in qua rete solum iacietur ad dexteram, quia solum colligentur boni, qui stant ad dexteram & sunt in certo & definito numero, & pauci in comparatione aliorum. Et hi itē omnes erunt magni pisces, quia ad cælum non conscendunt nisi perfecti & magni virtute. Tunc insuper non rumpetur rete, quia boni omnes erunt inter se & cū Deo vniti in caritate. Vltimò, in hac piscatione pisces sunt tracti ad littus vbi stabat Dominus, videlicet ad terram illam stabilem & firmam, *terram viventium*, in qua recepti ad felicem illam cœnam nuptiarū agni, gaudebunt cū Christo in sempiternum.

Appellentes discipuli inuenerunt cibum paratum, *pisces assumens panem*. Vbi considera quàm sit bonus & benivolus Dominus, & quàm promptus ad remunerandum illos, qui in diuino ser-

uitio

uitio fatigantur. Nam dum discipuli occuparentur in mari piscatione, vt ipse ijs preceperat, erat Iesus in terra coquens piscem, & apparans prandium: ita & nunc, dum nos in hoc mundo occupamur in ministerio Iesu Christi, ipse est in cælis parans conuiuium, quo nos excipiat, & coronas, quibus nos remuneret. O felices labores, quibus Deus sua illa manu, qua fabricatus est cælos, disponit & præparat præmium & coronas?

Dixit ergo discipulis, *Venite & prandete.* Considera paulisper anima mea, hoc iucundum conuiuium: vide vt Dominus, nec in minimo obliuiscens suæ consuetæ humilitatis & beneuolentiæ, accipiat sua manu panem, & postquam benedixisset; illum ipsis distribuatur & similiter piscem; ac deinde comedat cum illis, vt ante consueuerat. Circa ipsam stabant discipuli, velut oues circa pastorem, aut potius velut filij circa benignissimum patrem, magna reuerentia & gaudio, cum ipso capientes cibum, & aspicientes magna voluptate animi sui, amabilissimam ipsius faciem, & interea dum ex ipsius sacratis manibus acciperent desideratissimam escam, nō minus spiritu, quàm corpore suauiter pascabantur.

Ioan. 21.

O. quàm felix erat hoc prandium, & quam suavis ille cibus, qui à diuinis illis manibus erat contrectatus; & vos sancti Apostoli, quomodo in presentia tanti ignis, qui diffundebat ad vos tantas flammis caritatis, non toti exarsistis velut Seraphini Spiritus, aut quomodo nõ in singulorum pectoribus vel corda ipsa liquefacta sunt? Bene dicit Scriptura, quod nullus vestrum ausus fuerit loqui, & rogare quis esset, scientes quod esset Dominus; sed existimo, quod quamuis certò cognouissetis Dominum, etiamsi voluissetis, nihilominus non potuissetis formare verba, propter nimium stuporem, & immensam tenebrositatem cordis vestri.

COLLOQVIVM.

QUAERAM Christum Dominum nostrum, vt sicut inãdauit discipulis vt piscarentur aliquid, quo possent vesci, ita velit sua diuina gratia præparare animam tuam, vt sit cibus dignus & suavis diuinæ Maiestati, & simul tibi concedat, vt possis fructuosè ipsi seruire, & laborare in adiuuandis proximis: præterea vt possis esse particeps illius conuiuij, in quo seruos suos pascit seipso pisce asso, & afflicto pro nobis, dans tibi occasionem in
hac.

DE RESURRECT. DOM. 501

Hac vita patiendi aliquid amore ipsius, ut deinde in altera te valeat perfectè satiare, pane vero & viuo inter suos electos in cælo constitutum.

DOCUMENTA.

1. **P**ETRVS postquam fuisse vocatus ad Apostolatu. redijt ad artem piscandi: sed non & Matthæus ad telonium. Ex quo discamus licet eas artes, qua in mundo non possunt exerceri absq; peccato, post conuersionem, à nemine exercendas: illas verò, quas licitè exercet quispiam in sæculo, potest etiam in religione licitè & cum merito exercere.

2. Discipuli piscantes noctu, nihil ceperunt. Illi nocte piscantur, & nihil capiunt, qui opera bona exercent in statu peccati mortalis, nam illa opera quantumcunq; sint, non merentur pramium vite aterna. Præterea illi nocte piscantur, & sine fructu, qui impendunt suos labores, & totam vitam in famulatu mundi.

3. Christo roganti an haberent aliquem piscem què comederet, responderunt Apostoli: non cibus, quem Dominus à nobis petit, est obedientia suorū mandatorum, quibus omnes obligamur; quem cibum nō habent, nec Christo dare possunt, qui pis-

cantur in nocte peccati, sed illi soli qui piscantur in luce gratie.

4. Cum Apostoli laborassent tota nocte frustra, tandem mittentes rete in eam partem, quam Christus indicabat, ceperunt magnam multitudinē piscium. Mirabilis est obedientia vis, quippè qua efficiat, ut opera, qua à nobis facta sunt propria voluntate, parum aut nihil mereantur: qua verò ex obedientia, sint inestimabilis meriti.

5. Per Apostolos piscantes significantur Prædicatores: rete est verbum Dei, pisces sunt peccatores: dextrum latus, est pars spiritualis, sinistrum autem temporalis. Illi ergo, qui prædicant verbum Dei, ut placeant hominibus, & qui quarunt propriam gloriam & aliquod commodum temporale, piscantur ad latus sinistrum, & ideo nullum faciunt fructum; sed illi qui suis concionibus & laboribus propositam solam habent gloriam Dei, & salutē animarum, reponant fructum copiosum.

6. Ioannes primus omnium cognouit Christum, & dixit Petro: Dominus est. Illi habent maius lumen, & sunt capaces cognitionis diuina, & rerum spiritualium, qui sunt similes Ioanni, corde scilicet puri; & corpore casti, & incorrupti.

7. Petrus, subito ut cognouit quia Dominus

minus est, misit se in mare: Anima quando nō cognoscit aut sapit Deum, amat se ipsam, & fugit passionem; sed quā primum aduertit, & gustat quā suavis sit Dominus, in mare tribulationis se conijcit, & desiderat pati & multum laborare ob amorem Dei.

8. Christus non inuitauit Apostolos ad prandium, postquam nocte sine ullo fructu fuissent fatigati; sed cū ipsius dicto obedientes cepissent multos pisces: Dominus non remunerat omnes labores, quos subimus in hoc mundo, sed illos solum, quos ex ipsius obedientia & amore suscipimus.

9. Dominus postquam hi septem discipuli essent piscati, secundū ipsius præsceptum, vocat eos ad prandium, quod ipse parauerat, ut significaret, quod post resurrectionem, illi sint vocandi, & recipiendi ad caeleste cōuiuium, qui pleni septiformi gratia Spiritus sancti, fuerint sapius in diuino seruitio fatigati.

* *
*